UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cl. Viri Valerii Andreæ Desselii In Academia Lovaniensi Professoris Regii Erotemata Juris Canonici

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

XV. De frigidis & maleficiatis, & impotentia coeundi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62934

Visual Library

Quæ ergo prohibitio eſt nuptiarum inter adfines ?

can. 1. & 2. XXXV. qu. 1. & ſimilib. c. pen. verſ. prohibitio h. t. & c. Lacet. 47. ſup. de teſtib. Seſſ. 24. c. 4. de reform. matr.

Inter adfines aſcendentes & deſcendentes, quia parentum & liberorum loco prohibitæ ſunt nuptiæ in infinitum. Inter eos verò, qui à latere conjuncti ſunt, olim prohibitio iſta locum habuit in quolibet genere adfinitatis, ad ſeptimum uſque gradum; ſicut & inter conſanguineos collaterales: verum hodie tantùm in primo genere adfinitatis, & ad quartum gradum incluſivè. Quam tamen prohibitionem propter adfinitatem ex fornicatione contractam Conc. Trid. ad eos tantùm, qui primo & ſecundo gradu conjunguntur, reſtrinxit.

De frigidis & maleficiatis, & impotentia coeundi.

TIT. XV.

Impotentia coeundi quæ & quando impedit & dirimit matrimonium?

IN potentia utique perpetua & immedicabilis, quæ ſcilicet non ſine miraculo aut gravi læſione corporis, vel pro

babi

babili periculo animæ, tolli poteſt: ſive ea ex naturali cauſſa contingat, puta ex frigiditate, aliove naturæ defectu vel exceſſu; ſive ex cauſſa accidentali; & adventitia, veluti ex maleficio ſeu veneficio, aliterve vi adhibitâ: ſi nimirùm alter conjugum hoc petat, & impotentia probetur. c. 1. 2. 5. 6 & ult. h. t.

Quid ſi quis ſciens cum impotente contraxerit?

Eo caſu non quidem ſeparabitur matrimonium; verum ſi non poſſit alter alterum habere ut maritum aut uxorem, habeat ſaltem ut fratrem; aut ſororem. c. 4 & 5. eod.

An conjugato adſerenti ſe aut conjugem impotentem, credi ſtatim debet?

Nequaquam; ſed probatione opus eſt, quæ ſi ſtatim ex ſolo aſpectu corporis per evidentia ſigna haberi poſſit, tunc ſtatim fit ſeparatio conjugatorum judicio Eccleſiæ, nullo alio exſpectato: vel ſi non poſſit haberi probatio, jubentur per integrum triennium cohabitare, & ſe experiri. Quo tempore elapſo, ſi ambo jurent, unâ cum ſeptima manu propinquorum, id eſt cum ſeptem propinquis, vel cum ſeptima manu vicinorum

norum bonæ famæ, ſi deſint propinqui,
d.c.5. & ſe fruſtra expertos fuiſſe, poterit ille, qui
ult. eod. impotentem duxerit, illa dimiſſa aliam
ducere, vel alia, quæ impotenti nupſerit
alii nubere.

Quid ſi poſtea deprehendatur, eum, qui probatus, & judicatus fuerit impotens, non fuiſſe impotentem?

Tunc is, qui fuerit abſolutus per ſen-
tentiam, & ſolutus vinculo conjugii
prioris, cogitur ad priorem conjugem
redire, quaſi nulla ſeparatio facta eſſet,
& illi qui impotentiam ejus juraverant,
d.c.3. & rei ſunt perjurii. Non obſtante exceptio-
c.ult. h.t. ne rei judicatæ: quoniam ſententia in
cauſſa matrimonii lata nunquam tranſit
c.7.10. in rem judicatam, & ideò, quandocun-
& 11. ſup. que conſtat de ejus iniquitate, retracta-
de ſent. ri poteſt.
& re jud.

De matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ.

TIT. XVI.

Quando huic interdicto locus eſt?

QUando prohibitur inter aliquos ma-
trimonium contrahi, donec de cauſ-
ſa cog-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN